querentes te et dicant semper mag
nificetur dominus qui diligunt
salutare tuum.
Ego autem mendicus sum et pauper
dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus et protector meus
tu es deus meus ne tardaveris.
Requiem eternam. an. Compla
ceat tibi domine ut eruas me do
mine ad adiuvandum me respice
ant. Sana domine. ps.
Beatus qui intelligit super e
genum et pauperem in die
mala liberavit eum dominus.

Dominus conservet eum et vivi
ficet eum et beatum faciat eum i
terra et non tradat eum in ani
mam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lec
tum doloris eius universum stra
tum eius versasti in infirmitate
eius.

Ego dixi domine miserere mei sa
na animam meam quia pecca
vi tibi

Inimici mei dixerunt mala mi
chi quando morietur et peribit
nomen eius.

Et si ingrediebatur ut videret va
na loquebatur cor eius congrega
bit iniquitatem sibi

Egredieba=tur foras et loquebatur in idipsum.
Adversum me susurrabant omnes inimici mei adversum me cogitabant mala michi.
Verbum iniquum constituerunt adversum me numquid qui dormit non adiciet ut resurgat.
Etenim homo pacis mee in quo speravi qui edebat panes meos magnificavit super me supplantacionem.
Tu autem domine miserere mei et resuscita me et retribuam eis.
In hoc cognovi quoniam voluisti me quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam
suscepisti me et confirmasti me in con
spectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus israel
a seculo et in seculum fiat fiat.
Requiem eternam. an. Sana domine
animam meam quia peccavi ti
bi. an. Sitivit. ps. dd.
Quemadmodum deside
rat cervus ad fontes aq
uarum ita desiderat anima mea ad
te deus.
Sitivit anima mea ad deum fo
rtem vivum quando veniam et
apparebo ante faciem dei.
Fuerunt michi lacrime mee pa
nes die ac nocte dum dicitur michi

cotidie ubi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi in
me animam meam quoniam trã
sibo in locum tabernaculi ad mi
rabilis usq; ad domum dei.
In voce exultacionis et confessio
nis sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea et qua
re conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc cõ
fitebor illi salutare vultus mei et
deus meus.
Ad me ipsum anima mea turba
ta est propterea memor ero tui de
terra iordanis et hermonii a mõ
te modico.
Abyssus abyssum invocat in vo

et cathractarum tuarum.
Omnisericordia excelsa tua et fluc
tus tui super me transierunt.
In die mandavit dominus mise
ricordiam suam et nocte canticum
eius.
Apud me oratio deo vite mee dicā
deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei & quare cō
tristatus incedo dum affligit me
inimicus.
Dum confringuntur ossa mea
exprobraverunt michi qui tribu
lant me inimici mei.
Dum dicunt michi per singulos
dies ubi est deus tuus.
Quare tristis es anima mea et

quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi salutare vultus mei
et deus meus.
Requiem eternam. an. Sitivit
anima mea ad deum fontem vi
vum quando veniam et apparebo
ante faciem dei. R. Requiem eter
nam dona eis domine et lux perpe
tua luceat eis. Pr nr. Et ne nos.
Spiritus meus attenua
bitur dies mei breviabu
tur et solum michi sup
est sepulchrum non peccavi et in
amaritudinibus moratur ocu
lus meus. Libera me domine et po
ne me iuxta te et cuiusvis ma

nus pugnet contra me. Dies mei
transierunt cogitationes mee dissipa
te sunt torquentes cor meum. Noctē
verterunt in diem et rursum post te
nebras spero lucem. Si sustinuero
infernus domus mea est et in tenebris
stravi lectulum meum. Putredini
dixi. Pater meus es mater mea et so
ror mea vermibus ubi est ergo nūc
prestolatio mea vel patientia me
a tu es domine deus meus. R. Pecca
tem me cotidie et non me peniten
tem timor mortis conturbat me.
Quia in inferno nulla est redemp
cio miserere mei deus et salva me.
Deus in nomine tuo salvum me
fac et in virtute tua iudica me.

Quia in inferno. Lectio viii.

Pelli mee consumptis car
nibus adhesit os meum
et derelicta sunt tantu
modo labia circa dentes meos. Mi
seremini mei miseremini mei saltē
vos amici mei quia manus domi
tetigit me. Quare persequimini si
cut deus et carnibus meis satura
mini. Quis michi tribuat ut scri
bantur sermones mei. Quis mi
chi det ut exarentur in libro stilo
ferreo vel plumbi lamina vel certe
sculpantur in silice. Scio enim q
redemptor meus vivit et in novis
simo die de terra resurrecturus sum
et rursum circumdabor pelle mea. et

in carne mea videbo deum salua
torem meum. Quem visurus sum
ego ipse et non alius et oculi mei
conspecturi sunt. Reposita est hec
spes mea in sinu meo. Requiem
eternam dona eis domine. Et lux
perpetua luceat eis. V. Qui laza
rum resuscitasti a monumento
fetidum tu eis domine dona requiem
Et lux perpetua. Lectio nona.
Quare de vulva eduxis
ti me qui utinam con
sumptus essem ne oculus me vide
ret fuissem quasi non essem de ute
ro translatus ad tumulum. Num
quid non paucitas dierum meo
rum finietur brevi. Dimitte ergo

me domine ut plangam paululum
dolorem meum antequam vadam
et non revertar ad terram tenebro
sam et opertam mortis caligine
terram miserie et tenebrarum ubi
umbra mortis et nullus ordo sed se
piternus horror inhabitat. R. Li
bera me domine de morte eterna in
die illa tremenda quando celi mo
vendi sunt et terra. Dum vene
ris iudicare seculum per ignem.
V. Dies illa dies ire calamitatis
et miserie dies magna et amara
valde. Quando. V. Quid ergo mi
serrimus quid dicam vel quid fa
ciam dum nil boni perferam an
te tantum iudicem. Dum veneris.

Vs Creator omnium rerum deus
qui me de limo terre formasti et
mirabiliter proprio sanguine tu
o redemisti corpus quoque meum licet
modo putrescat de sepulcro facias
in die iudicii resuscitari exaudi
me ut animam meam in sinu
abrahe patriarche tui iubeas collo
cari. Libera me domine. Vs Libe
ra me domine de penis inferni.
Qui portas ereas confregisti et vi
sitasti infernum et dedisti eis lu
men ut viderent te qui erant in
penis tenebrarum. Vs Clamantes
et dicentes advenisti redemptor
noster. Qui portas. Vs Requiem eter
nam dona eis domine et lux per

ꝑpetua luceat eis. añ Exultabit. ps
Miserere mei deus secundũ. vts.
añ Exultabunt domino ossa hu
miliata. añ Exaudi. pms dd'.
Te decet ymnus deus in sy
on et tibi reddetur votu
m in ierusalem.
Exaudi orationem meam ad te ō
nis caro veniet.
Verba iniquorum preualuerunt
super nos et impietatibus nrīs
tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti et assump
sisti habitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue
sanctum est templum tuum
mirabile in equitate.

Exaudi nos deus salutaris nr̄
spes omnium finium terre et in
mari longe.
Preparans montes in uirtute
tua accinctus potentia qui con
turbas profundum maris sonū
fluctuum eius.
Turbabuntur gentes et timebūt
qui habitant terminos a signis
tuis exitus matutini et vespere
delectabis.
Uisitasti terram et inebriasti eā
multiplicasti locupletare eam
Flumen dei repletum est aquis
parasti cibum illorum quoniā
ita est preparatio eius
Riuos eius inebrians multi

plica genimina eius instilli
cidiis eius letabitur germinans
Benedices corone anni benigni
tatis tue et campi tui replebun
tur ubertate.
Pinguescent speciosa deserti et
exultacione colles accingentur.
Induti sunt arietes ovium et
valles habundabunt frumento
clamabunt etenim ympnum
dicent.
Requiem eternam. an Exau
di deus orationem meam ad te o
nis caro veniet. an Me suscepit
Deus deus meus ad te ps.
de luce vigilo. vts. ps.
Deus misereatur nostri. vts.

añ Me suscepit dextera tua do
mine. añ A porta. psalmus.
Ego dixi in dimidio dierū
meorum vadam ad portas
inferi.
Quesiui residuum annorum
meorum dixi non videbo dominū
deum in terra viuencium.
Non aspiciam hominem vltra
et habitatorem quietis.
Generacio mea ablata est a me
quasi tabernaculum pastorum
Precisa est velud a texente vita
mea dum adhuc ordirer succidit
me de mane usqz ad vesperam fini
es me.
Sperabam vsqz ad mane qua

si leo sic contriuit omnia ossa
mea.
De mane usque ad vesperam finies
me sicut pullus hyrundinis sic cla
mabo meditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei suscipi
entes in excelso.
Domine vim patior responde pro
me quid dicam aut quid responde
bit michi cum ipse fecerim.
Recogitabo tibi omnes annos
meos in amaritudine anime
mee.
Domine si sic viuitur et in talibus
vita spiritus mei corripies me et viuifi
cabis me ecce in pace amaritudo
mea amarissima.

Tu autem eruisti animam me-
am ut non periret proiecisti post ter-
gum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur
tibi neque mors laudabit te non
expectabunt qui descendunt in la-
cum veritatem tuam.
Vivens vivens confitebitur tibi
sicut et ego hodie pater filiis notam
faciet veritatem tuam.
Domine salvum me fac et psal-
mos nostros cantabimus cunctis die-
bus vite nostre in domo domini.
Requiem. an. A porta inferi erue
domine animas eorum. an. Omnis
spiritus. psalmus. Laudate dominum de celis. ut sup.

Cantate domino canticum
novum laus eius. vt sup. ps
Laudate dnm in sanctis. vt sup.
an Omnis spiritus laudet dominum.
an Ego sum. pmis.
Benedictus dominus. vt sup.
an Ego sum resurrectio et vita
dicit dominus qui credit in me e-
tiam si mortuus fuerit viuet et
omnis qui viuit et credit in me
non morietur in eternum. Kyri-
eleyson. xpeleyson. Kyrieleyson.
Pater nr. Et ne nos. pmis.
Exaltabo te domine quoni-
am suscepisti me nec delec-
tasti inimicos meos super
me.

Domine deus meus clamaui
ad te deus sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno ani
mam meam saluasti me a descen
dentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius et
confitemini memorie sanctitatis
eius.
Quoniam ira in indignatione
eius et uitam uoluntate eius.
Ad uesperam demorabitur flet⁹
mea et ad matutinum leticia.
Ego autem dixi in habundancia
a mea mea non mouebor in eter
num.
Domine in uoluntate tua pres
titisti decori meo uirtutem.

Auertisti faciem tuam a me et fc̄s
sum conturbatus.
Ad te domine clamabo et ad deū
meum deprecabor.
Que utilitas in sanguine meo
dum descendo in corrupcionem.
Numquid confitebitur tibi pulu
is aut annunciabit ueritatem
tuam.
Audiuit dominus et misertus ē
mei dominus factus est adiutor
meus.
Conuertisti planctum meum ī
gaudium michi conscidisti saccū
meum et circumdedisti me leticia.
Ut cantet tibi gloria mea et non
conpungar domine deus meus

in eternum confitebor tibi.

Requiem eternam. an. A porta inferi erue domine animas eorum.

℣ Credo videre bona domini. In terra viventium. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

Deus cui proprium. ut supra. oro

Inclina dne aurem tuam. vts. oro

Deus qui nos patrem et matrem. uts. oro

Fidelium deus omnium. vts.

In mandatis tuis exercebor et
considerabo vias tuas.
In iustificacionibus tuis medi
tabor non obliviscar sermones
tuos. prius
Retribue servo tuo vivifi
ca me et custodiam ser
mones tuos.
Revela oculos meos et considera
bo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra non
abscondas a me mandata tua.
Concupivit anima mea deside
rare iustificaciones tuas in omni
tempore.
Increpasti superbos maledicti qui
declinant me a mandatis tuis.

Aufer a me obprobrium et con
temptum quia testimonia tua
exquisivi.
Etenim sederunt principes et ad
versum me loquebantur servus
autem tuus exercebatur in iustifi
cationibus tuis.
Nam et testimonia tua medita
tio mea est et consilium meum
iustificationes tue. ps.
Adhesit pavimento ani
ma mea vivifica me
secundum verbum tuum.
Vias meas enunciavi et exau
disti me doce me iustificationes
tuas.
Viam iustificationum tuarum

instrue me et exercebor in mirabi
libus tuis.
Dormitauit anima mea pre te
dio confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatem amoue a
me et de lege tua miserere mei
Viam veritatis elegi et iudicia
tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine
noli confundere.
Viam mandatorum tuorum
cucurri cum dilatasti cor meũ
Legem pone michi dne
viam iustificationum
tuarum et exquiram e
am semper.
Da michi intellectum et scruta

scrutabor legem tuam et custodiam
illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mea mandato
rum tuorum quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimoni
a tua et non in avariciam
Averte oculos meos ne videant
vanitatem in via tua vivifica
me.
Statue servo tuo eloquium tuum
in timore tuo.
Amputa obprobrium meum
quod suspicatus sum quia iudi
cia tua iocunda
Ecce concupivi mandata tua
in equitate tua vivifica me. ps

Et veniat super me mi
sericordia tua domine sa
lutare tuum secundum
eloquium tuum.
Et respondebo exprobrantibus
michi verbum quia speravi in
sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbũ
veritatis usqꝫ quaque quia in iu
diciis tuis supersperavi.
Et custodiam legem tuam sem
per in seculum et in seculum scli.
Et ambulabam in latitudine
quia mandata tua exquisivi.
Et loquebar de testimoniis tuis
in conspectu regum et non con
fundebar.

Et meditabar in mandatis tu-
is que dilexi.

Et levavi manus meas ad man-
data tua que dilexi et exercebor i(n)
iustificationibus tuis. pms dd.

Memor esto verbi tui servo
tuo in quo michi spem
dedisti.

Hec me consolata est in humili-
tatem meam quia eloquium tuu(m)
vivificavit me.

Superbi inique agebant usque
quaque a lege autem tua non
declinavi.

Memor fui iudiciorum tuorum
a seculo domine et consolatus sum

Defectio tenuit me pro peccatoribus

derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles michi erant iustifica-
tiones tue in loco peregrinationis
mee.

Memor fui nocte nominis tui
domine et custodiui legem tuam

Hec facta est michi quia iustifi-
cationes tuas exquisiui. Ps.

Portio mea domine dixi
custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem
tuam in toto corde meo miserere
mei secundum eloquium tuum

Cogitaui uias meas et conuer-
ti pedes meos in testimonia tua

Paratus sum et non sum tur-
batus ut custodiam mandata

tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tue.

Particeps ego sum omnium timencium te et custodiencium mandata tua.

Misericordia tua domine plena est terra iustificaciones tuas doce me. ps.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum.

Bonitatem et disciplinam et

scienciam doce me quia mandatis
tuis credidi.
Priusquam humiliarer ego deliqui
propterea eloquium tuum ego cus
todivi.
Bonus es tu et in bonitate tua do
ce me iustificaciones tuas
Multiplicata est super me iniqui
tas superborum ego autem in toto
corde scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eo
rum ego vero legem tuam medita
tus sum.
Bonum michi quia humiliasti
me ut discam iustificaciones tuas
Bonum michi lex oris tui super
milia auri et argenti. pris do.

Manus tue domine fecerunt
me et plasmaverunt me
da michi intellectum ut
discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me et le-
tabuntur quia in verba tua sup-
speravi.
Cognovi domine quia equitas
iudicia tua et in veritate tua hu-
miliasti me.
Fiat misericordia tua domine ut conso-
letur me secundum eloquium
tuum servo tuo.
Veniant michi miseraciones
tue et vivam quia lex tua medi-
tacio mea est.
Confundantur superbi quia i

iuste iniquitatem fecerunt in me
ego autem exercebor in mandatis
tuis.
Convertantur michi timentes
te et qui noverunt testimonia
tua.
Fiat cor meum immaculatū
in iustificationibus tuis ut non cō
fundar. psalmus david.
Defecit in salutare tuū
anima mea et in verbū
tuum supersperavi.
Defecerunt oculi mei in eloquiu
um tuum dicentes quando cōso
laberis me.
Quia factus sum sicut uter in
pruina iustificationes tuas non

sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui quando facies de persequentibus me iudicium.

Narraverunt michi iniqui fabulationes sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas iniqui persecuti sunt me adiuva me.

Paulominus consummaverunt me in terra ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica me et custodiam testimonia oris tui. psalmus.

In eternum domine verbum tuum permanet in celo.

In generacione et generacionem
ueritas tua fundasti terram et per
manet.
Ordinacione tua perseuerat dies
quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi quod lex tua meditacio mea
est tunc forte perissem in humilita
te mea.
In eternum obliuiscar iustifica
ciones tuas quia in ipsis uiuifica
sti me.
Tuus sum ego saluum me fac
quoniam iustificaciones tuas ex
quisiui.
Me expectauerunt peccatores ut
perderent me testimonia tua intel
lexi.

Omnis consummacionis vidi finem latum mandatum tuum nimis. psalmus dauid.

Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditacio mea est.

Super inimicos meos prudentē me fecisti mandato tuo quia in eternum michi est.

Super omnes docentes me intellexi quia testimonia tua meditacio mea est.

Super senes intellexi quia testimonia tua quesiui.

Ab omni via mala prohibui pedes meos ut custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui
quia tu legem posuisti michi.
Quam dulcia faucibus meis elo
quia tua super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi prop
terea odiui omnem uiam iniquita
tis. ps.
Lucerna pedibus meis ver
bum tuum et lumen se
mitis meis.
Iuraui et statui custodire iudi
cia iusticie tue.
Humiliatus sum usquequaque do
mine viuifica me secundum ver
bum tuum.
Voluntaria oris mei beneplaci
ta fac domine et iudicia tua doce

me.
Anima mea in manibus meis
semper et legem tuam non sum o
blitus.
Posuerunt peccatores laqueum
michi et de mandatis tuis non er
ravi.
Hereditate acquisivi testimonia
tua in eternum quia exultacio cor
dis mei sunt.
Inclinavi cor meum ad facie
das iustificaciones tuas in eter
num propter retribucionem.
Iniquos odio habui et legē
tuam dilexi. pns.
Adiutor et susceptor
meus es tu et in verbum tuum sup

speraui.
Declinate a me maligni et scruta
bor mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquiu
tuum et viuam et non confundas
me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero et medi
tabor in iustificationibus tuis sep
Spreuisti omnes discedentes a
iudiciis tuis quia iniusta cogita
tio eorum.
Preuaricantes reputaui omnes
peccatores terre ideo dilexi testimo
nia tua.
Confige timore tuo carnes meas
a iudiciis enim tuis timui. ps

Feci iudicium et iustici
am non tradas me ca
lumpniantibus me.
Suscipe seruum tuum in bonū
non calumpnientur me superbi
Oculi mei defecerunt in saluta
re tuum et in eloquium iusticie
tue.
Fac cum seruo tuo secundum
misericordiam tuam et iustificationes
tuas doce me.
Seruus tuus sum ego da michi
intellectum ut sciam testimonia
tua.
Tempus faciendi domine dissipa
uerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua super

aurum et topazion.
Propterea ad omnia mandata
tua dirigebar omnem viam ini
quam odio habui. ps.
Mirabilia testimonia tu
a domine ideo scrutata
est ea anima mea.
Declaratio sermonum tuorum
illuminat et intellectum dat par
vulis.
Os meum aperui et attraxi spi
ritum quia mandata tua desidera
bam.
Aspice in me et miserere mei secun
dum iudicium diligentium no
men tuum.
Gressus meos dirige secundum e

loquium tuum et non dominetur
tur mei omnis iniusticia.
Redime me a calumpniis homi
num ut custodiam mandata tu
a.
Faciem tuam illumina super
servum tuum et doce me iustifica
tiones tuas.
Exitus aquarum deduxerunt
oculi mei quia non custodierunt
legem tuam. ps.
Iustus es domine et recti
iudicium tuum.
Mandasti iusticiam
testimonia tua et veritatem tuam
nimis.
Tabescere me fecit zelus meus qr

oblita sunt uerba tua inimici
mei.
Ignitum eloquium tuum ve
hementer et seruus tuus dilexit
illud.
Adolescentulus sum ego et con
temptus iustificationes tuas nō
sum oblitus.
Iusticia tua iusticia in eternum
et lex tua ueritas.
Tribulacio et angustia inuene
runt me mandata tua medita
cio mea est.
Equitas testimonia tua in e
ternum intellectum da michi et
uiuam. ps̄.

Clamavi in toto corde ex-
audi me domine iustifi-
cationes tuas requiram
Clamavi ad te salvum me fac
ut custodiam mandata tua.
Preveni in maturitate et cla-
mavi quia in verba tua super-
speravi.
Prevenerunt oculi mei ad te di-
luculo ut meditarer eloquia tua
Vocem meam audi secundum
misericordiam tuam domine et secundum
iudicium tuum vivifica me
Appropinquaverunt persequen-
tes me iniquitati a lege autem tua
a longe facti sunt.
Prope esto domine et omnes vie

tue veritas.
Initio cognovi de testimonijs tu-
is quia in eternum fundasti ea.
Vide humilitatem meã
et eripe me quia legem
tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et re-
dime propter eloquium tuum
vivifica me.
Longe a peccatoribus salus
quia iustificationes tuas non
exquisierunt.
Misericordie tue multe domine
secundum iudicium tuum vivi-
fica me.
Multi qui persequuntur me et
tribulant me a testimonijs tuis

non declinaui.
Vidi preuaricantes et tabescebam
quia eloquia tua non custodierunt
Vide quoniam mandata tua
dilexi domine in misericordia tua uiuifi
ca me.
Principium verborum tuorum
veritas in eternum omnia iudicia
iusticie tue. pñis
Principes persecuti sunt
me gratis et a verbis tu
is formidauit cor meum.
Letabor ego super eloquia tua
sicut qui inuenit spolia multa
Iniquitatem odio habui et ab
hominatus sum legem autem
tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi
super iudicia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legem
tuam et non est illis scandalum
Exspectabam salutare tuum
domine et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimo
nia tua et dilexit ea vehementer
Seruaui mandata tua et testimo
nia tua quia omnes vie mee in
conspectu tuo. ps.
Appropinquet deprecacio
mea in conspectu tuo do
mine iuxta eloquium tuum
da michi intellectum.
Intret postulacio mea in cons
pectu tuo domine secundum eloq

num tuum eripe me.
Eructabunt labia mea ẏmnū
cum docueris me iustificaciones tu
as.
Pronunciabit lingua mea elo
quium tuum quia omnia man
data tua equitas.
Fiat manus tua ut saluet
me quoniam mandata tua ele
gi.
Concupiui salutare tuum dñe
et lex tua meditacio mea est
Viuet anima mea et laudabit
te et iudicia tua adiuuabunt
me.
Erraui sicut ouis que periit q̄
re seruum tuum domine quia

mandata tua non sum oblit9.
Kyrieleyson xpisteleyson. Kyrieley
son. Pr nr. Et ne nos. ps dd
Domine probasti me et
cognouisti me tu cogno
uisti sessionem meam et
resurrectionem meam.
Intellexisti cogitationes meas
de longe semitam meam et funi
culum meum inuestigasti.
Et omnes uias meas preuidis
ti quia non est sermo in lingua
mea.
Ecce domine tu cognouisti oia
nouissima et antiqua tu formas
ti me et posuisti super me manu
tuam

Mirabilis facta es sciencia tua
ex me confortata est et non potero
ad eam.
Quo ibo a spū tuo et quo a faci
e tua fugiā.
Si ascendero in celum tu illic es
si descendero ad infernum ades.
Si sumpsero pennas meas dilu
culo et habitavero in extremis
maris.
Etenim illuc manus tua dedu
cet me et tenebit me dextera tua
Et dixi forsitan tenebre concul
cabunt me et nox illuminatio
mea in deliciis meis.
Quia tenebre non obscurabun
tur a te et nox sicut dies illumina

bitur sicut tenebre eius ita et lumen
eius.
Quia tu possedisti renes meos susce
pisti me de utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter
magnificatus es mirabilia opera tu
a et anima mea cognoscit nimis
Non est occultatum os meum a te
quod fecisti in occulto et substancia
mea in inferioribus terre.
Imperfectum meum viderunt
oculi mei et in libro tuo omnes
scribentur dies formabuntur et ne
mo in eis.
Michi autem nimis honorificati
sunt amici tui deus nimis conforta
tus est principatus eorum

Dinumerabo eos et super arenā
multiplicabuntur exsurrexi et ad
huc sum tecum.
Si occideris deus peccatores uiri
sanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitacione acci
piant in vanitate ciuitates suas
Nonne qui oderunt te domine
oderam et super inimicos tuos ta
bescebam.
Perfecto odio oderam illos ini
mici facti sunt michi.
Proba me deus et scito cor meū
interroga me et cognosce semitas
meas.
Et uide si uia iniquitatis in me
est et deduc me in uia eterna.

Requiem eternam dona eis dñe
et lux perpetua luceat eis. Vs. A por
ta inferi. Erue domine animas
eorum. Rs. Credo videre bona dñi
in terra viventium. Domine ex
audi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Orem⁹. Oratio.
Tibi domine commenda
mus animam famuli
tui et animas famulo
rum famularumque tuarum
N. ut defuncti seculo tibi vivant
et que per fragilitatem munda
ne conversacionis peccata admi
serunt tu venia misericordissime
pietatis absterge. Per xpm dnm.

Misericordiam tuam domi
ne sancte pater omnipotens
eterne deus pietatis affectu
rogare pro aliis cogimur qui pro
nobis supplicare peccatis nequaquam
sufficiamus tamen de tua confisi
gratuita pietate et inolita benigni
tate clemenciam tuam deposcimus
ut animas fidelium tuorum ad
te revertentes cum pietate suscipi
as assit eis angelus testamenti tui
michael et per manus sanctorum an
gelorum tuorum inter sanctos et e
lectos tuos in sinu abrahe ysaac
et iacob patriarcharum tuorum eas
collocare digneris quatinus libera
te de principibus tenebrarum et de

locis penarum nullis iam pri
me iure natiuitatis vel ignorancie
aut proprie iniquitatis seu fragi
litati confundantur erroribus sed
pocius agnoscantur a tuis et sanc
te beatitudinis requie perfruantur
atque cum magni iudicij dies adue
nerit inter sanctos et electos tuos re
suscitati glorie manifeste contem
placionis tue perpetuo sacientur.
Per xpm dominum nrm. Amen.

Incipiunt psalterium de passione

Deus deus meus re-
spice in me quare
me dereliquisti lo-
ge a salute mea
verba delictorum
meorum.

Deus meus clamabo per diem et
non exaudies et nocte et non ad in
sipienciam michi.

Tu autem in sancto habitas laus
israel.

In te speraverunt pres nri sperave
runt et liberasti eos.

Ad te clamaverunt et salui facti
sunt in te speraverunt et non sunt
confusi

Ego autem sum uermis et non
homo obprobrium hominum et
abiectio plebis.
Omnes uidentes me deriserunt
me locuti sunt labiis et mouerunt
caput.
Sperauit in domino eripiat eum
saluum faciat eum quoniam uult
eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me
de uentre spes mea ab uberibus matris
mee in te proiectus sum ex utero
De uentre matris mee deus meus
es tu ne discesseris a me.
Quoniam tribulacio proxima
est et non est qui adiuuet.
Circumdederunt me uituli mul

ti tauri pingues obsederunt me
Aperuerunt super me os suum
sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum et disp
sa sunt omnia ossa mea
Factum est cor meum tanquā
cera liquescens in medio ventris
mei.
Aruit tamquam testas virtus
mea et lingua mea adhesit fau
cibus meis et in pulverem mortis de
duxisti me
Quoniam circumdederunt me
canes multi consilium malignā
tium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes
meos dinumeraverunt omnia

ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et in
spexerunt me diviserunt sibi vesti
menta mea et super vestem meam
miserunt sortem.

Tu autem elongaveris auxili
um meum a me ad defensionem
meam conspice.

Erue a framea deus animam
meam et de manu canis unicam
meam.

Salva me ex ore leonis et a cor
nibus unicornium humilitatē
meam.

Narrabo nomen tuum fratrib;
meis in medio ecclesie laudabo te

Qui timetis dominum laudate

eum vniuersum semen iacob
glorificate eum.
Timeat eum omne semen isrl'
quoniam non spreuit neqz des
pexit deprecacionum pauperum
Nec auertit faciem suam a me
et cum clamarem ad eum exaudi
uit me.
Apud te laus mea in ecclesia
magna vota mea reddam in cōs
pectu timencium eum.
Edent pauperes et saturabun
tur et laudabunt dominum qui
requirunt eum viuent corda eo?
in seculum seculi.
Reminiscentur et conuertentur
ad dominum vniuersi fines terre

Et adorabunt in conspectu eius
universe familie gencium.
Quoniam domini ē regnum ⁊ ipē
dn̄abitur gencium.
Manducaverunt et adoraverunt
omnes pingues terre in conspectu
eius cadent omnes qui descendunt
in terram.
Et aīa mea illi vivet et semen
meum serviet ipsi.
Annunciabitur domino genera
cio ventura et annunciabunt celi
iusticiam eius populo qui nasce
tur quem fecit dominus.
Gloria pr̄i. ps dd.
Dominus regit me et nichil mi
supra. ps dd.

Domini est terra et plenitudo ei'.
ut supra. p̃ms dd:
Ad te domine levavi aĩam me
am. ut supra. p̃ms dd'
Iudica me domine quo
niam ego in innocencia
a mea ingressus sum et in dño
sperans non infirmabor.
Proba me domine et tempta me

ure renes meos et cor meum.

Quoniam mīa tua ante oculos meos est : et complacui in veritate tua.

Non sedi cum cōsilio vanitatis : et cum iniqua gerentibus non introibo.

Odivi ecclesiam malignanciū

et cum impiis non sedebo.
Lavabo inter innocentes manus
meas et circumdabo altare tuum do
mine.
Ut audiam vocem laudis tue et
enarrem universa mirabilia tua
Domine dilexi decorem domus
tue et locum habitacionis glorie tue
Ne perdas cum impiis deus ani
mam meam et cum viris sangui
num vitam meam.
In quorum manibus iniqui
tates sunt dextera eorum repleta
est muneribus.
Ego autem in innocencia mea
ingressus sum redime me et mise
rere mei.

Pes enim meus stetit in direc-
to in ecclesiis benedicam te domi-
ne. ps david.
Dominus illuminacio mea
et salus. ut supra. ps
Ad te domine clamabo deus
meus ne sileas a me ne-
quando taceas a me et assimi la-
bor descendentibus in lacum.
Exaudi domine vocem deprecacionis
mee dum oro ad te dum extollo
manus meas ad templum sanc-
tum tuum.
Ne simul tradas me cum pecca-
toribus operantibus iniquitatem
et cum viris sanguinum ne per-
das me.

Qui loquuntur pacem cum pro
ximo suo mala autem in cordibus
eorum.
Da illis secundum opera eorum et
secundum nequitiam adinventio
num ipsorum.
Secundum opera manuum eorum
tribue eis redde retribucionem eo
rum ipsis.
Quoniam non intellexerunt o
pera domini et in opera manuum
eius destrues illos et non edificabis
eos.
Benedictus dominus quoniam
exaudivit vocem deprecacionis
mee.
Domine adiutor meus et protector

meus in ipso speravit cor meum et
adiutus sum.
Et refloruit caro mea et ex volun
tate mea confitebor illi.
Dominus fortitudo plebis sue et
protector salvacionum xpi sui est
Salvum fac populum tuum
domine et benedic hereditati tue et re
ge eos et extolle illos usque in eternum.
Afferte domino filii dei affer
te domino filios arietum
Afferte domino gloriam
et honorem afferte domino gloriam
nomini eius adorate dominum in
atrio sancto eius.
Vox domini super aquas deus ma
iestatis intonuit dominus super a

quas multas.
Vox domini in uirtute uox dñi
in magnificencia.
Vox dñi confringentis cedros et cō
fringet dñs cedros libani.
Et comminuet eos tamquā uitulū
libani et dilectus quemadmodū fi
lius unicornium.
Vox domini intercidentis flāmā
ignis uox dñi concucientis desertū
et commouebit dñs desertum cades
Vox dñi preparantis ceruos et re
uelabit condensa et in tēplo eius
omnis dicent gloriam.
Dominus diluuium inhabita
re facit et sedebit dñs rex in eternū
Dñs uirtutem populo suo dabit

dn̄s benedicet populo suo in pa
ce. Gloria patri. psalmus david.
Exaltabo te dn̄e. Ut supra. psalmus
In te domine speravi nō
confundar in eternum
in iusticia tua libera
me.
Inclina ad me aurem tuam ac
celera ut eruas me.
Esto michi in deum protectorem
et in domum refugii ut salvum
me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium
meum es tu et propter nomē tuū
deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quem ab
sconderunt michi quoniam tu es

Protector meus.

In manus tuas commendo sp(iritu)m meum redemisti me d(omi)ne deus veritatis

Gloria patri.

Beatus vero iheronimus in hoc mo
do psalterium istud disposuit sicut
angelus domini docuit eum spiritu
sanctum porro propter hoc abbre
viatum est q(uod) hii qui sollicitudi
nem huius seculi habent vel qui in
nos qui in infirmitatibus iacent
aut qui iter longinquum agunt seu
qui navigio navigant aut qui
bellum committunt sicut contra hostes
seu qui militant contra insidias
diabolorum sive qui votum vove
re domino servare debent integrum

psalterium non possunt aut qui
ieiunant et ieiunio nimium debili-
tantur et qui festa solempnia non
custodiunt et qui animam suam sal-
vam volunt facere secundum mi-
sericordiam dei et vitam eternam
volunt habere assidue cantent hoc
psalterium et possidebunt regnum
eternum. Oratio.

Suscipere digneris domine deus
omnipotens istos psalmos con-
secratos quos ego indignus decan-
tare cupio in honore nominis tui
domine beate marie virginis et omnium
sanctorum tuorum pro me miserrimo fa-
mulo et pro genitore meo et genitri-
ce seu pro cunctis consanguineis

meis benefactoribus et elemosi
nariis meis et pro illis qui i me
fiduciam habent siue pro peccatis fide
lium siue defunctis ac viuis. Co
cede queso dne ihu xpe ut ista psal
mi nobis omnibz proficiant ad
salutem et ad veram penitenciam
faciendam omniu pctoru nror re
missionem im petranda prestante
dno nro ihu xpo. Qui viuis et reg
nas deus per omnia secla seclorum. Am.

Verba mea auribus
percipe domine in
tellige clamorem
meum.
Intende voci
orationis mee rex meus et deus meus
Domine ne in furore tuo arguas
me neque in ira tua corripias me
Miserere mei domine quoniam in
firmus sum sana me domine quoniam
conturbata sunt omnia ossa me
a.
Et anima mea turbata est valde
sed tu domine usquequo.
Convertere domine et eripe animam
meam salvum me fac propter misericordiam

tuam.

Respice et exaudi me domine deus
illumina oculos meos ne unquam
obdormiam in morte.

Perfice gressus meos in semitis
tuis ut non moueantur uestigia
mea.

Ego clamaui quoniam exaudi
sti me deus inclina aurem tuam
michi et exaudi uerba mea.

Mirifica mias tuas qui saluos
facis sperantes in te.

Custodi me domine ut pupillā
oculi sub umbra alarum tuarū
protege me a facie impiorum qui
me afflixerunt.

Ab occultis meis munda me dñe

et ab alienis parce seruo tuo.
Tu autem domine ne longe fa
cias auxilium tuū a me ad defensi
onem meam conspice.
Erue a framea deus aīam meam
et de manu canis unicam meam.
Salua me ex ore leonis et a cor
nibus unicornium humilitatē
meam.
Narrabo nomen tuum fr̄ibus me
is in medio ecclesie laudabo te.
Uias tuas domine demonstra
michi et semitas tuas edoce me.
Reminiscere miseracionum tuarum
domine et misericordiarum tuarū que a se
culo sunt.
Delicta iuuentutis mee et igno

rantias meas ne memineris do
mine
Secundum misericordiam tuā
memento mei tu propter bonita
tem tuam domine dulcis et rectus
dominus.
Propter nomē tuū domine p
piciaberis peccato meo multum
est enim.
Vide humilitatem meam et la
borem meum et dimitte omnia
peccata mea.
Ne perdas cū impiis deus animā
meā et cū viris sanguinum vi
tam meam
In quorum manibus iniqui
tates sunt dextera eorum repleta

est muneribz.
Exaudi domine vocem meam
qua clamavi ad te miserere mei et
exaudi me.
Ne avertas faciem tuam a me
ne declines in ira a servo tuo.
Adiutor meus esto dne ne dere
linquas me neqz despicias me
deus salutaris meus.
Legem pone michi dne in via
tua et dirige me in semita recta
propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tri
bulantium me quoniam in
surrexerunt in me.
Ad te domine clamabo deus ms
ne sileas a me et assimilabor desce

dentibus in laqueum.

Exaudi dñe vocem deprecationis
mee dū oro ad te dum extollo ma
nus meas ad tēplū scm̄ tuum

Ne simul tradas me cum pecca
toribus et cum operantibus iniq
tatem ne perdas me.

Saluum fac populum tuum
dñe et benedic hereditati tue et rege
eos et extolle illos usq; in eternum

In te dñe speraui non confun
dar in eternum in iusticia tua libe
ra me eripias me.

Inclina dñe aurem tuam acce
lera ut eruas me.

Esto michi in deum protectore
et in domum refugii ut saluum

me facias.

In manus tuas commendo spi
ritum meum redemisti me libera
me et eripe me de manibus inimi
corum meorum.

Illumina faciem tuam super
servum tuum et salvum me fac
in mia tua domine non confun
dar quoniam invocavi te.

Benedicam dominum in omni
tempore semp laus eius in ore
meo.

In dño laudabitur aia mea au
diant mansueti et letentur.

Magnificate dominũ mecum et
exaltemus nomen eius in idipm

Iudica dñe nocentes me expug

na inpugnantes me.
Apprehende arma et scutum et
exurge in adiutorium michi.
Ne sileas dñe ne discedas a me ex
urge et intende iudicio meo dñe
deus meus.
Pretende miām tuam scientibz
te et iusticiam tuam hijs qui rec
to sunt corde.
Non veniat michi pes superbie
et manus peccatoris non moue
at me.
Ne derelinquas me dñe deus mẽs
ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum
dñe ds salutis mee.
Exaudi domine oratõnem meã

et deprecationem meā auribus per
cipe lacrimas meas.
Ne sileas meas quia advena sum
ego apud te et peregrinus sicut oīs
patres mei.
Remitte michi ut refrigerer prius
quam abeam et amplius non ero.
Quoniam circumdederunt me ma
la quorum non est numerus com
prehenderunt me iniquitates mee
et non potui ut viderem.
Multiplicate sunt sup capillos
capitis mei et cor meum dereliquit
me.
Complaceat tibi domine ut eru
as me dn̄e ad adiuvandum me
respice.

Adiutor meus et protector meus
tu es domine deus meus ne tardaue
ris
Ego dixi domine miserere mei sa
na aīam meam quia peccaui tibi
Quare faciem tuam auertis o
bliuisceris inopie nr̄e et tribulati
onis nr̄e.
Exurge domine adiuua nos et
libera nos ꝑpter nomen tuū.
Miserere mei deus secundum mag
nam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem mi
serationum tuarum dele iniquitate
meam.
Amplius laua me ab iniquita
te mea et a peccato meo munda me